

**Símbol
Atanasià**

Antífona. Glòria a vós, Trinitat igual, única Deïtat, abans dels segles, i ara, i sempre. (T. P. Al·leluia).

**Símbol
Atanasià**

1. Tothom qui vulgui salvar-se, primer de tot cal que mantingui la fe catòlica:
2. I el qui no la guardi íntegra i inviolada, sens dubte morirà per sempre.
3. La fe catòlica és que venerem un sol Déu en la Trinitat, i la Trinitat en la unitat.
4. Sense confondre les persones ni separar les substàncies.
5. Perquè una és la persona del Pare, l'altra la del Fill i l'altra la de l'Esperit Sant.
6. Però el Pare i el Fill i l'Esperit Sant tenen una sola divinitat, igual glòria i coeterna majestat.
7. Com el Pare tal el Fill, tal l'Esperit Sant.
8. No-creat el Pare, no-creat el Fill, no-creat l'Esperit Sant.

**Sýmbolum
Athanasiánum**

Antíphona. Glòria tibi, Trínitas æquális, una Déitas, et ante ómnia sáecula, et nunc, et in perpétuum. (T. P. Allelúia).

**Sýmbolum
Athanasiánum**

1. Quicúmque vult salvus esse, ante ómnia opus est, ut téneat cathólicam fidem:
2. Quam nisi quisque íntegram inviolatámque serváverit, absque dúbio in ætérnum períbit.
3. Fides autem cathólica hæc est: ut unum Deum in Trinitáte, et Trinitátem in unitáte venerémur.
4. Neque confundéntes persónas, neque substántiam separántes.
5. Alia est enim persóna Patris, ália Fílii, ália Spíritus Sancti.
6. Sed Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti una est divínitas, æquális glória, coætérna maiéstas.
7. Qualis Pater, talis Fílius, talis Spíritus Sanctus.
8. Increátus Pater, increátus Fílius, increátus Spíritus Sanctus.

9. Immens el Pare, immens el Fill, immens l'Esperit Sant.

10. Etern el Pare, etern el Fill, etern l'Esperit Sant.

11. I, ahora, no són tres eterns, sinó un sol etern.

12. Com no són tres no-creats, ni tres immensos, sinó un sol no-creat i un sol immens.

13. Igualment, omnipotent el Pare, omnipotent el Fill, omnipotent l'Esperit Sant.

14. I amb tot, no són tres omnipotents, sinó un sol omnipotent.

15. Així Déu és el Pare, Déu és el Fill, Déu és l'Esperit Sant.

16. I, amb tot, no són tres déus sinó un sol Déu.

17. Així, Senyor és el Pare, Senyor és el Fill, Senyor és l'Esperit Sant.

18. I amb tot, no són tres senyors, sinó un sol Senyor.

19. Perquè, així com per la cristiana veritat, som compel·lits a confessar com a Déu i Senyor cada persona en particular; així la religió catòlica ens prohibeix dir tres déus i senyors.

20. El Pare, per ningú fou fet ni creat ni engendrat.

9. Immensus Pater, immensus Fílius, immensus Spíritus Sanctus.

10. Ætérnus Pater, ætérnus Fílius, ætérnus Spíritus Sanctus.

11. Et tamen non tres ætérni, sed unus ætérnus.

12. Sicut non tres increáti, nec tres imménsi, sed unus increátus et unus immensus.

13. Simíliter omnípotens Pater, omnípotens Fílius, omnípotens Spíritus Sanctus.

14. Et tamen non tres omnipoténtes, sed unus omnípotens.

15. Ita Deus Pater, Deus Fílius, Deus Spíritus Sanctus.

16. Et tamen non tres Dii, sed unus est Deus.

17. Ita Dóminus Pater, Dóminus Fílius, Dóminus Spíritus Sanctus.

18. Et tamen non tres Dómini: sed unus est Dóminus.

19. Quia, sicut singillátim unamquámque persónam Deum ac Dóminum confitéri christiána veritáte compéllimur: ita tres Deos aut Dóminos dícere cathólica religióne prohibémur.

20. Pater a nullo est factus: nec creátus, nec génitus.

21. El Fill fou per sols el Pare, no fet ni creat, sinó engendrat.

22. L'Esperit Sant, del Pare i del Fill, no fou fet ni creat ni engendrat, sinó que procedeix.

23. Hi ha, per consegüent, un sol Pare, no tres pares; un sol Fill, no tres fills; un sol Esperit Sant, no tres esperits sants.

24. I en aquesta Trinitat, res no és abans ni després, res major o menor: sinó que les tres persones són entre si coeternes i coiguals.

25. De manera que, com abans s'ha dit, en tot s'ha de venerar igualment la unitat en la Trinitat que la Trinitat en la unitat.

26. El qui vulgui doncs salvar-se, així ha de sentir de la Trinitat.

27. Però és necessari per l'eterna salvació creure també fidelment en l'encarnació de nostre Senyor Jesucrist.

28. És, doncs, la fe recta que creiem i confessem que nostre Senyor Jesucrist és Fill de Déu i home.

29. És Déu engendrat de la substància del Pare abans dels segles; i és home nascut de mare en el segle.

21. Fílius a Patre solo est: non factus, nec creátus, sed génitus.

22. Spíritus Sanctus a Patre et Fílio: non factus, nec creátus, nec génitus, sed procedens.

23. Unus ergo Pater, non tres Patres: unus Fílius, non tres Fílii: unus Spíritus Sanctus, non tres Spíritus Sancti.

24. Et in hac Trinitáte nihil prius aut postérius, nihil maius aut minus: sed totæ tres persónæ coætérnæ sibi sunt et coæquáles.

25. Ita ut per ómnia, sicut iam supra dictum est, et únititas in Trinitáte, et Trínitas in unitáte veneránda sit.

26. Qui vult ergo salvus esse, ita de Trinitáte séntiat.

27. Sed necessárium est ad ætérnam salútem, ut Incarnatiónem quoque Dómini nostri Iesu Christi fidéliter credat.

28. Est ergo fides recta, ut credámus et confiteámur quia Dóminus noster Iesus Christus, Dei Fílius, Deus et homo est.

29. Deus est ex substántia Patris ante sácula génitus: et homo est ex substántia matris in sáculo natus.

30. Perfecte Déu, perfecte home; subsistent d'ànima racional i de carn humana.

31. Igual al Pare segons la divinitat; menor que el Pare segons la humanitat.

32. Mes, per bé que sigui Déu i home, no són dos, sinó un sol Crist.

33. I un sol, no per la conversió de la divinitat en la carn, sinó per l'assumpció de la humanitat en Déu.

34. Un absolutament, no per la confusió de la substància, sinó per la unitat de la persona.

35. Perquè com l'ànima racional i la carn és un sol home; així Déu i l'home són un sol Crist.

36. El qual patí per la nostra salvació, baixà a l'infern, el tercer dia ressuscità d'entre els morts.

37. Pujà al cel, està assegut a la dreta de Déu Pare omnipotent, des d'allí ha de venir a judicar els vius i els morts.

38. A la seva vinguda tots els homes han de ressuscitar amb els seus cossos i donar comptes dels seus actes.

39. Els qui obraren el bé, aniran a la vida eterna, els qui

30. Perféctus Deus, perféctus homo: ex ánima rationáli et humána carne subsístens.

31. Æquális Patri secúndum divinitátem: minor Patre secúndum humanitátem.

32. Qui, licet Deus sit et homo, non duo tamen, sed unus est Christus.

33. Unus autem non conversióne divinitátis in carnem: sed assumptióne humanitátis in Deum.

34. Unus omníno, non confusióne substántiæ: sed unitáte persónæ.

35. Nam sicut ánima rationális et caro unus est homo: ita Deus et homo unus est Christus.

36. Qui passus est pro salúte nostra: descéndit ad íferos: tértia die resurréxit a mórtuis.

37. Ascéndit ad cælos, sedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis: inde ventúrus est iudicáre vivos et mórtuos.

38. Ad cuius advéntum omnes hómines resúrgere habent cum corpóribus suis: et redditúri sunt de factis própriis ratiónem.

39. Et qui bona egérunt, ibunt in vitam ætérrnam: qui vero

malament, al foc etern.

40. Aquesta és la fe catòlica i qui no la cregués fidelment i fermament, no podrà salvar-se.

Glòria al Pare i al Fill i a l'Esperit Sant.

Com era al principi, ara i sempre, i pels segles dels segles. Amén.

Antífona. Glòria a vós, Trinitat igual, única Deïtat, abans dels segles, i ara, i sempre. (T. P. Al·leluia).

℣. Escolteu, Senyor, la nostra pregària.

℟. I el nostre clam arribi a vós.

Els sacerdots afegeixen:

℣. *El Senyor sigui amb vosaltres.*

℟. *I amb el vostre esperit.*

PREGUEM

Oh Déu Pare, vós en enviar al món el Verb de veritat i l'Esperit santificador, revelàreu als homes el vostre admirable misteri. Concediu-nos que en la professió de la fe veritable, reconeguem la glòria de la Trinitat eterna i adorem la seva unitat de poder i de majestat. Per Nostre Senyor Jesucrist, el vostre Fill, que amb vós viu i regna en la unitat de

mala, in ignem ætérnum.

40. Hæc est fides cathólica, quam nisi quisque fidéliter firmitérque credíderit, salvus esse non póterit.

Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sácula sæculórum. Amen.

Antíphona. Glória tibi, Trínitas æquális, una Déitas, et ante ómnia sácula, et nunc, et in perpétuum. (T. P. Allelúia).

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

Sacerdotes addunt:

℣. *Dóminus vobíscum.*

℟. *Et cum spírítu tuo.*

ORÉMUS

Omnípotens sempitérne Deus, qui dedísti fámulis tuis, in confessióne veræ fídei, ætérnæ Trinitátis glóriam agnóscere, et in poténtia maiestátis adoráre unitátem: quæsumus; ut, eiúsdem fídei firmitáte, ab ómnibus semper muniámur advérsis. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum: qui tecum vivit et regnat in

l'Esperit Sant, Déu, pels segles
del segles.

℞. Amén.

unitate Spíritus Sancti Deus, per
omnia sácula sæculórum.

℞. Amen.